

Kreis  
Steinfurt

S 102

1281 April 23.

[7  
102

Der ehemalige Ritter Ludolf von Steinfurt zeigt dem Bischof von Osnabrück den Verkauf seiner osnabrückischen Lehngüter an den Edlen Baldewin von Steinfurt an.

Venerabili patri ac domino suo predilecto C(onrado), Dei gratia Osnaburgensis ecclesie episcopo, Ludolfus miles quondam dictus de Stenvorde obsequiosam in omnibus voluntatem. Vobis, domine, et omnibus presentia visuris significamus, quod nos consensu et voluntate filii nostri Ludolphi, canonici Osnaburgensis ecclesie, bona, que a vobis et ecclesia vestra tenuimus in feodo, perpetuo vendidimus nobili viro domino Baldewino de Stenvordia avunculo nostro, et ut ipsum infeodetis dictis bonis, una cum filio nostro supradicto et aliis heredibus nostris bona, que a vobis habuimus, in his scriptis vobis resignamus, id ipsum, cum copiam vestri et dicti avunculi nostri habere poterimus, ore manuque faciemus. In huius facti nostri testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum anno Domini M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>LXXXI<sup>o</sup>, ipso die Georgii.

Suprascripta L. canonicus nostro et nostrorum nomine approbamus.  
Abchrift Lb. S. 12.